



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Menodora, Metrodora, Nymphodora. VV. MM. 10. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

568 VITÆ SANCTORUM. 10. Sept.
Habent Brudentiam, Iustitiam, Tempe-
rantiam, Fortitudinem; his cœli plagi
includere; hæc te quadriga velut aurigam
Christi ad metam concita ferat: nihil hoc
monili pretiosius. S. Hieron. ep. 2.

SS. MENODORA, METRODORA,
NYMPHODORA. VV. MM.
10. Septembbris.

ITerum Virginis Martyres aspicis, hoc
est, rosas & candore & purpurâ suâ
nobiles, pulcherrima virtutis mixtura
MENODORA est, **METRODORA** &
NYMPHODORA sorores & è Bithyniâ
oriundæ. Hæc quò securior sive ab apertâ
vi, sive proditione pudor foret, collem
omnes desertum insederunt, munimen-
tum virtutis ingens & propugnaculum.
Solæ tamen, etsi maximè volebant, mi-
nimè potuerunt esse: virtus enim, ut fe-
rè fit hospites, ex omni loco excivit, &
fuere crebra miracula ad convocandam
multitudinem turbæ instar. Sed uti inter
spectatores alios admiratores castitas,
ita alios hostes habet. Inter hos infestissi-
mum Frotонem vidisses omnibus ma-
chinis oppugnare virginitatis castrum.
At huic animus etiam crevit in pugnâ,
auditaque inter omnia tormenta una ca-
deinde omnium vox velut tessera pu-
gnantium: Agnosces Christe sponsas tuas
coram Patre, quem coram hominibus ne-
que

II. Sept. VITÆ SANCTORUM. 569
que sanguine fatere erubescimus. Interea
MENODORA inter virgas moriendo
vincit, & saluum virginitatis scutum pa-
triæ cælo ostentat. Sororibus ad demor-
tus conspectum etiam animus accedit.
Quare post faces ardentes & equuleum
METRODORA, post uncos ferreos
NYMPHODORA vextibus cæfæ gemi-
narunt triumphum, in quo dum corpora
in flamas projiciuntur, alia flamma cæ-
lo delapsa judicem omnemque tortorum
manipulum momento in cineres vertit.
At ex illis aliis flammis tergeminus cælo
Phoenix prodiit & vanitatis accusavit,
scilicet poëtas, unicum tantum esse ju-
rantes. Ex Suryo.

Sicut peccati cogitatio decolorat, affectio
vulnerat, sit consensus omnino animam ne-
cat: caveamus ergo cogitationes inutiles,
ut animarum nostrarum facies decora per-
maneat; quod si noxia cogitatio subierit,
laboremus certius ablucere sordes, quibus nos
maculari conspicimus. S. Bern. serm. de
car. Cut. & Oss.

S. EUPHROSYNUS C. II. Sept.

Mala cape sis ex Elysiis hortis, quid
horres? securus cape. Non illa sunt,
à quibus primi parentis dentes obstu-
puerunt. Nc Eva mater, sed EUPHRO-
SYNUS porrigat; ille quidem terræ fi-
lius & inter monachos ad culinæ ni-

Nn 51 dorcm